Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

71) Eusebius in Vita Constant. l. 4, c. ~~4251~~, 64. De Baptismo Constantini paulo ante mortem suscepto, praeter Eusebium, testantur etiam Socrates l. 1, c. 39; Sozomenus l. 3, c. 32; Theodoretus Hist. l. 3, c. 32; Hieronymus Chron. ad an. 337; Ambrosius in Orat. fun. de Theodosio M. Athanasius l. de Synodis.

72) Cod. Theod. lege 2 de paganis; item lege 3, et 4.

73) Eutropius l. 10.

74) Idem ibidem.

75) Ammianus l. 15.

76) Ammianus l. 16, et 17.

77) Idem l. 21.

78) Ammianus l. 21. Zosimus l. 3. ~~Atque~~ Tespesius.

79) Sozomenus l. 5. Eutropius l. 10.

80) Gregorius Nazianzenus Orat. 1 in Julianum. Nectarius apud Lipomannum t. V. Rufinus

81) Rufinus l. 2, c. 28. Quasi tanti in sacros oculos furoris hac fuit. Julianus contra Deos moverens, Antiochia subsistens, ~~mense Februario anni 362 legem tulit Cod. Theod. 5 de sepulcr. violat. qua cultum sepulcrum~~ cum in suburbano Antiochiae nulla ab Apolline responsa susciperent sacerdotes daemonis, propter sepulcrum Babylae Martyris propinquum; ille venire Galileos (hoc nomine Christianos dictitabat) et auferre sepulcrum Martyris jubet. Igitur Ecclesia universa conveniens, trahebat longo agmine arcam Martyris, dicentes: Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, et qui confidunt in simulacris suis! Hic in aureis profani Principis per sex milia passuum tanta exsultatione psallebat omnis Ecclesia, ut caelum clamoribus resultaret. Unde ille ad tantam iracundiae rabiem adductus est, ut altera die comprehendi Christianos passim

Chronicon Alexandrinum ad an. 362: Julianus cognita Constantii Augusti morte, suam apostasiam et impietatem aperte professus, misso adversus Christianorum per totum orbem edicto, idola omnia instaurari praecepit. Quo inflati qui in Oriente erant gentiles in Palaestina S. Joannis Baptistae Reliquias, quae ibi Ecclesia reposita erant, effossas disperserunt. ~~Cum autem ossa ad regum colligerentur, Christiani Deos~~ Monachi Hierosolymitani an soli fuerint, qui ossa igni subdebant subripere, an et alii Christiani adfuerint, ~~qui~~ non constat. Rufinus Monachos illos tantum membra aliqua sustulisse, innuit Rufinus; non vero cineres: sed neque explicat, quaenam illa fuerint membra. Deinde pergit quidem narrare, Reliquias a Philippo Abbate ad S. Athanasium Alexandriam fuisse missas: sed an omnes, quas auxerat, Alexandriam, an aliquas aliquas

| apud castrum ~~Sax~~ Phebisen Sonnenburg

| fur Burglechner l. II, l. 4, c. 25, paulo supra Veldidenam erectum fuisse lapidem, nunc in arce Ambras existentem, cum hac inscriptione:

IMP. CAESARI. DOMINO. NOSTRO
FL. CLAUDIO. IVLIANO
PIO. FELICI. AVGVSTO
PONTIFICI. MAXIMO
TRIB. POT. IMP. VII
CONSVL. IIII.
PATRI. PATRIAE. PROCOS.
BONO. REIPVBLIC. NATO
M. P. XXXX.